salute sollicita respondit, Et si solam uenio sororem nostram gordi
dianam cui dimitto? Cui sicut asserebat tristis uultu. iterum
dixit. ueni: Gordiana et enim sororum nostrarum inter laicas deputa
ta est, quam uisionem mox molestia corporis est secuta. Atque
ita ut dictum est. Ante dominicae apparitionis diem eadem mo
lestia ingrauescente defuncta est. Gordiana autem mox
ut solam remansisse se repperit. eius prauitas excreuit. Et quod
prius latuit in desiderio cogitationis. hoc post effectu praue
actionis exercuit. Nam oblita dominicae timoris. oblita pudoris
et reuerentiae. oblita consecrationis. conductorem agrorum su
orum postmodum maritum duxit. Ecce omnes uno prius ardore
conuersae sunt. Sed non in uno eodemque studio permanserunt.
quia iuxta dominicam uocem. multi sunt uocati pauci uero electi.
Haec igitur dixi ne quis in bono iam opere positus sibi uires boni
operis tribuat; Ne quis de propria actione confidat. quia et si
iam nouit hodie qualis sit. Adhuc cras quid futurus sit nescit.
Nemo ergo de suis iam operibus securus gaudeat. quando ad
huc in huius uitae incertitudine quis se finis sequatur ignorat,
Sed quia semre tali quae uos ex diuina districtione perterruit.
Aliud adhuc etiam refero. quod ex diuina misericordia perterri
ta uestra corda consoletur. quod tamen in sermone alio iam dixisse
me memini sed uos nequaquam adfuistis. Ante biennium contigisse
de fratre quia ad mortem ueniens draconem uideret fratribus
dicebat. Gratias deo ecce draco qui me ad deuorandum accepe
rat fugit. orationibus uestris expulsus est stare non potuit pro peccatis
meis modo intercedite quia conuerti paratus sum et secularem uitam
funditus relinquere. homo ergo qui sicut iam diximus ab extre
ma corporis fuerat parte praemortuus. reseruatus ad uitam. toto
ad deum corde conuersus est, longis et continuis in conuersatione eadem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0172